



Hirmingerus apud Rauracos iuxta oppidum Seckingense in ualle Frickthal, magna autoritatis homo extitit. Erat enim insigni corporis & animi fortitudine praeditus, idque eo tempore cum Vngari ex suis sedibus profecti, tota Germaniam uastarent, Anno noningentesimo tricesimo octauo. Cum itaque Hungari a lacu Podmico secundum Rhenum descendissent, atque oppidum Seckingen se cum nobili illo monasterio diripere statuissent, Hirmingerus ille eorum conatus fortiter obuiam processit. Occuparant Vngari copijs diuisis utramque Rheni ripam, atque ex parte Germaniae potem construere coeperant, ut commodius in oppidum peruenire possent. Interea Hirmingerum collectis passim apud Rauracos & proximos Heluetios copijs, magno animo Vngaros cis Rhenum castra habentes, noctu aggressus est. Eius etiam regionis aliquot incolas in proximo monte cum facibus collocarat, atque ihs praeceperat, ut quamprimum praelium audirent, faces accenderent, atque clamorem excitarent, ut splendor ille ad loca humiliora penetraret, atque hostes metu maioris exercitus ternerentur. Nec eum spes defellit. Itaque Vngarorum magna pars eo in loco imperfecta, atque plurimi etiam dum fugam capescerent, in Reno submersi sunt.